



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Non satis esse, credere quòd Deus peccata remittat & donet: sed hoc addendum, vt & hoc credas, quia per ipsum Tibi peccata donantur, & generales Dei promissiones ad te quoque priuatim, ac propriè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Non satis esse, credere quòd Deus peccata remittat & donet: sed hoc addendum, vt & hoc credas, quia per ipsum **TIBI** peccata donantur: & generales Dei Promissiones ad te quoque priuatim ac propriè pertinere. Egregia D. Bernardi Sententia.

CAPVT
XXXIX.
Serm. 1. de
Annunciat.
Mar.

Necessè est primò omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse. Postremò quòd eternam Vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur & illa. Quis enim potest facere mundum de mundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? Vtique quòd factum est, non potest non fieri: ipso tamen non imputante, erit quasi non fuerit. Quòd propheta quoque considerans, ait: *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* De operibus verò bonis, certum omnino est, quòd nemo hac habeat à seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra: quanto minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Jam verò de eterna Vita scimus: quòd non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam: nec si vnus omnes sustineat. Neq. enim talia sunt hominū merita, vt propterea Vita aeterna debeatur ex iure: aut Deus iniuriam faceret nisi eam donaret. Nam vt taciam quòd merita omnia Dei dona sunt, & ita homo magis propter ipsa Deo debitor est quàm Deus homini: quid sunt Merita omnia ad tantam gloriam? Denique quis melior est propheta, cui Dominus ipse tam insigne testimonium perhibet dicens: *Virum inueni secundum cor meum.* Veruntamen & ipse necesse habuit dicere Deo, *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.*

Psal. 31.

Rom. 8.

3. Reg. 11.

Psal. 142.

S. S.
mine. V
cium: se
rum fide
posse del
rum no
das: qui
testimon
ctus, die
buratur
dem. Ita
nisi per
num Sp
Sic & d
Spiritu
TVRV
rina: &
monia i
sione qu
mentum
quidem
sanguin
sionem o
peccata
caciore
malum
minus e
resurre
spe Prae
quia as
tria in
cui non
tus vir
quem el

mine. Verum hæc quæ nunc diximus, non omnino sufficiunt: sed magis initium quoddam, & velut fundamentum fidei sunt habenda. Ideoq; si credis, peccata tua non posse deleri, nisi ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum nõ cadit, bene facis: sed adde adhuc, ut & hoc credas: quia per ipsum **TIBI** peccata donantur. Hoc est testimoniũ quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus, dicens, Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus gratis iustificari hominem per fidem. Ita de Meritis quoque si credis non posse haberi, nisi per ipsum, non sufficit: donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis: quod **HABES** ea per illum. Sic & de Vita eterna habere necesse est testimonium Spiritus: quod ad eam diuino **SIS** munere **PERVENITURVS**. Ipse enim peccata condonat: ipse donat Merita: & Premia nihilominus ipse redonat. Porro testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nam de Remissione quidem peccatorum, validissimum teneo argumentum, **DOMINICAM PASSIONEM**. Vox siquidem sanguinis eius inualuit multo plus, quam vox sanguinis Abel: clamans in cordibus electorum remissionem omnium peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra. Nec dubium quin potentior & efficacior sit Mors illius in bonum, quam peccata nostra in malum. De bonis autem Operibus argumentum nihilominus efficax mihi est, **RESURRECTIO** eius: quia resurrexit propter iustificationem nostram. Porro de spe Præmiorum testimonium, eius est **ASCENSIO**: quia ascendit propter glorificationem nostram. Hæc tria in Psalmis habes, dicente Propheta: *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Et alibi: Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Item alibi: Beatus quem elegisti & assumpsisti: habitabit in atriis tuis.*

Vide Rom. 3. & 4.

Heb. 12.

Rom. 4.

Rom. 5.

Psal. 11.

Psal. 33.

Psal. 64.

P A R A